



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Comitvm Par Genere, Potentia, Opibvs, Heroicaq. Virtvte
inclytum B. Godefridus, Vuestphalus, S. Romaricus,
Austrasius**

Serarius, Nikolaus

Mogvntiæ

Cap. IX. Et bonis ac possessionibus suis quantum excitato à se Monasterio
dederit S. Romaricus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37252

C A P . I X .

Et bonis ac possessionibus suis quantum excitato à se Monasterio dederit S. Romaricus.

MVltæ Romarico in Gallia possessiones & in Lotharingia vtraque, inferiore nimirum seu antiqua, quæ vel Mosellanici ducatus erat, vel eius certè pars non exigua; & in superiore seu hodierna tribuuntur. Et harum, quidem possessionum magnam partem, quæ Vosagi montibus ad primos fluuij Mosellæ cursus continetur, suis istis coenobiis attribuit, ita ut in eo tractu, qui *Vauldaio* aut *Vaulx de Ju* dicitur hodie, id est, *Vallis Iura*, inueniri dicantur duo & quinquaginta *banna* seu communitates, quæ *Auendunensi Dei domui* assignatæ, præter opes ac redditus, qui aliis etiam ex locis additi. Cum verò, sanctæ quietæque solitudinis desiderio, *Meton-*

M. S. L.

2. C. 4.

In Sit

S. Ar-

n. lib.

10. 4.

H sem

114 ROMARICI COMITIS

fem Episcopatum deseruisset S. Arnolphus, ei aptum in Vogefana eremo locum apparauit Romaricus: qui & morienti illi adfuit, mortuoque parentauit honorificè. Dixerat verò moriens Romarico: *Bone vir, & Deo amabilis, ora CHRISTVM pro me. Iam enim adest dies, in quo Iudici meo presentabor.*

CAP. X.

De S. Romarici lapsu, in quem schismatici cuiusdam fraude impulsus fuerat.

Sancti sunt, qui vel innocenter ac sanctè vita sua tota vixerunt, vel certè ad sanctitatem per poenitentiam redierunt, in eaque diem clauserunt extremum. Et ad hoc posterius genus sancti pertinent *Amatus & Romaricus*. Agrestius enim quidam, olim Theoderici Regis notarius, post in Luxouienfi cœnobio Monachus,